

Thomae de Aquino

Principium biblicum II: „Hic est liber mandatorum Dei“

DE COMMENDATIONE ET PARTITIONE SACRAE SCRIPTURAE

*Hic est liber mandatorum Dei,
et lex quae est in aeternum;
omnes qui tenent eam perveniunt ad vitam.
(Bar. IV,1)*

Pars I: Commendatio Sacrae Scripturae

1199. – Secundum Augustinum, in IV *De doctrina christiana*, eruditus „eloquens ita eloqui debet ut doceat, ut delectet, ut flectat“¹: ut doceat ignaros; ut delectet tediosos; ut flectat tardos.

Haec tria completissime sacrae Scripturae eloquium.

[2] Docet enim firmiter aeterna sua veritate, *Psalm.* [CXVIII,89-90]: „In aeternum, Domine, permanet verbum tuum“.

[3] Delectat suaviter sua utilitate, *Psalm.* [CXVIII,103]: „Quam dulcia faucibus meis eloquia tua“.

[1] Flectit efficaciter sua auctoritate, *Ier.* XXIII [29]: „Nunquid non verba mea sunt quasi ignis, dicit Dominus?“

Et ideo sacra Scriptura in verbo proposito commendatur a tribus:

[1] primo ab auctoritate qua flectit, cum dicit: „Hic est liber mandatorum Dei“.

[2] Secundo, ab aeterna veritate qua instruit, cum dicit: „et lex quae est in aeternum“.

[3] Tertio, ab utilitate qua allicit, cum dicit: „omnes qui tenent eam perveniunt ad vitam“.

¹ Augustinus, *De doctrina christiana* IV 12 (PL 34,101).

Thomas von Aquin

Principium biblicum II: „Dies ist das Buch der Weisungen Gottes“

EMPFEHLUNG UND EINTEILUNG DER HEILIGEN SCHRIFT

*Dies ist das Buch der Weisungen Gottes,
und das Gesetz, das in Ewigkeit gilt;
alle, die es annehmen, werden zum Leben gelangen.
(Bar 4,1)*

Teil I: Empfehlung der Heiligen Schrift

1199. – Nach Augustinus, im 4. Buch *Von der christlichen Lehre*, muß der Gelehrte, „wenn er spricht, so reden, daß er lehrt, daß er erfreut und daß er geneigt macht“: das heißt, daß er die Unwissenden lehrt, die Überdrüssigen erfreut und die Trägen geneigt macht.

Diese drei Eigenschaften besitzt auf vollkommenste Weise die Rede der Heiligen Schrift.

[2] Sie lehrt nämlich auf sichere Weise durch ihre ewige Wahrheit: „In Ewigkeit, Herr, besteht dein Wort“ (*Ps* 119 [118],89f).

[3] Sie erfreut auf angenehme Weise durch ihren Nutzen: „Wie köstlich sind für meinen Gaumen deine Reden.“ (*Ps* 119 [118],103).

[1] Sie macht auf wirksame Weise geneigt durch ihre Autorität: „Sind meine Worte etwa nicht wie Feuer?, spricht der Herr“ (*Jer* 23,29).

Daher wird die Heilige Schrift im vorangestellten Wort durch ein Dreifaches empfohlen:

[1] erstens durch ihre Autorität, durch die sie geneigt macht, wenn es heißt: „Dies ist das Buch der Weisungen Gottes“.

[2] Zweitens durch ihre ewige Wahrheit, durch die sie unterweist, wenn es heißt: „und das Gesetz, das in Ewigkeit gilt“.

[3] Drittens durch ihren Nutzen, durch den sie anzieht, wenn es heißt: „Alle, die es annehmen, werden zum Leben gelangen.“



1200. – [1] Auctoritas autem huius Scripturae ex tribus ostenditur efficax.

[1.1] Primo ex origine; quia Deus origo eius est. Unde dicit: „mandatorum Dei“; *Baruch* III [37]: „Hic adinvenit omnem viam disciplinae“; *Hebr.* II [3]: „Quae cum initium accepisset enarrari per Dominum, ab eis qui audierunt, in nos confirmata est“. Cui quidem auctori infallibiliter credendum est;

– tum propter naturae suae conditionem, quia veritas est, *Ioan.* XIV [4]: „Ego sum via, veritas et vita“;

– tum propter scientiae plenitudinem, *Rom.* XI [33]: „O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae Dei“;

– tum propter verborum virtutem, *Hebr.* IV [12]: „Vivus est sermo Dei et efficax, et penetrabilior omni gladio accipiti“.

[1.2] Secundo, ostenditur efficax ex necessitate quam scilicet imponit, *Marc.* ult. [16]: „Qui autem non crediderit condemnabitur“, et cetera. Unde per modum praecepti veritas sacrae Scripturae proponitur; unde dicit: „mandatorum Dei“. Quae quidem mandata intellectum

– per fidem dirigunt, *Ioan.* XIV [1]: „Creditis in Deum et in me credite“;

– per dilectionem affectum informant, *Ioan.* XV [12]: „Hoc est praeceptum meum ut diligatis invicem, sicut dilexi vos“;

– quod ad actum et executionem inducunt: „Hoc fac, et vives“ [*Luc.* X,28].

[1.3] Tertio, ostenditur efficax ex dictorum uniformitate, quia omnes qui sacram doctrinam tradiderunt, idem docuerunt, I *Cor.* XV [11]: „Sive autem ego, sive illi sic praedicamus, et sic credidistis“. Et hoc necesse est quia omnes habuerunt

– unum magistrum, *Matth.* XXIII [8]: „Unus est magister vester“, etc.;

– unum habuerunt spiritum, II *Cor.* XII [18]: „Nonne eodem spiritu ambulavimus?“

– Unum insuper affectum, *Act.* IV [32]: „Multitudinis credentium una erat anima et cor unum in Deo“. Et ideo in signum uniformitatis doctrinae dicitur singulariter: „Hic est liber“.

1201. – [2] Veritas Scripturae huius doctrinae est immutabilis et aeterna. Unde sequitur: „et lex quae est in aeternum“. *Luc.* XXI [33]: „Caelum et terra transibunt; verba autem mea non transibunt“. Permanet autem in aeternum haec lex propter tria:

1200. – [1] Die Autorität der Schrift aber zeigt sich in dreifacher Weise als wirksam.

[1.1] Erstens durch ihren Ursprung; denn ihr Ursprung ist Gott. Daher heißt es: „der Weisungen Gottes“. „Dieser hat jeden Weg der Lehre erkundet“ (*Bar* 3,37). „Was zuerst vom Herrn verkündet wurde, ist von denen, die es hörten, für uns bestätigt worden“ (*Hebr* 2,3). Einem solchen Urheber ist jedoch auf unfehlbare Weise Glauben zu schenken:

– sowohl wegen der Beschaffenheit seiner Natur, denn er ist Wahrheit: „Ich bin der Weg, die Wahrheit und das Leben“ (*Joh* 14,6);

– als auch wegen der Fülle des Wissens: „O Tiefe des Reichtums der Weisheit und des Wissens Gottes“ (*Röm* 11,33);

– als auch wegen der Kraft der Worte: „Lebendig ist Gottes Rede und wirksam und eindringlicher als jedes zweischneidige Schwert“ (*Hebr* 4,12).

[1.2] Zweitens zeigt sich [die Schrift] wirksam durch die Notwendigkeit, die sie auferlegt: „Wer aber nicht glaubt, wird verdammt werden“ usw. (*Mk* 16,16). Daher wird die Wahrheit der Heiligen Schrift in der Weise eines Gebotes vorgestellt; und daher heißt es: „der Weisungen Gottes“. Diese Weisungen aber

– lenken den Verstand durch den Glauben: „Glaubt an Gott und glaubt an mich“ (*Joh* 14,1);

– sie prägen den Sinn durch die Liebe: „Dies ist mein Gebot: daß ihr einander liebt so wie ich euch geliebt habe“ (*Joh* 15,12);

– und leiten es zu Tätigkeit und Ausführung: „Tu dies, und du wirst leben.“ (*Lk* 10,28).

[1.3] Drittens zeigt sich [die Autorität der Schrift] wirksam in der Einheitlichkeit des Gesagten, denn alle, die die heilige Lehre überliefert haben, haben dasselbe gelehrt: „Ob aber ich predige oder andere, ihr habt geglaubt“ (I *Kor* 15,11). Und dies notwendigerweise, denn

– alle haben einen Lehrer: „Einer ist euer Lehrer“ (*Mt* 23,8),

– sie haben einen Geist: „Wandeln wir etwa nicht im selben Geist?“ (II *Kor* 12,18).

– Außerdem einen Sinn: „Die Menge der Gläubigen war eine Seele und ein Herz in Gott“ (*Apk* 4,32). Und um diese Einheitlichkeit der Lehre zu bezeichnen, heißt es daher in der Einzahl: „Dies ist das Buch“.

1201. – [2] Die Wahrheit der Schrift dieser Lehre ist unwandelbar und ewig. Daher folgt: „und das Gesetz, das in Ewigkeit gilt“ *Lk* 21,33: „Himmel und Erde werden vergehen, aber meine Worte werden nicht vergehen“. Es besteht aber dieses Gesetz in Ewigkeit aus dreifachem Grund:

[2.1] primo, propter legislatoris potestatem, *Isa.* XIV [27]: „Deus exercituum decrevit, et quis poterit infirmare?“

[2.2] Secundo, propter eius immutabilitatem, *Malach.* III [6]: „Ego Deus et non mutor“. *Num.* XXIII [19]: „Non est Dominus quasi homo ut mentiatur; nec ut filius hominis ut mutetur“.

[2.3] Tertio, propter legis veritatem, *Psal.* [CXVIII,86]: „Omnia mandata tua veritas“. *Prov.* XII [19]: „Labiū veritatis firmum erit in perpetuum“. III *Esd.* IV [38]: „Veritas manet et invalescit in aeternum“.

1202. – [3] Utilitas autem huius Scripturae est maxima, *Isai.* XLVIII [17]: „Ego Dominus Deus tuus docens te utilia“. Unde sequitur: „omnes qui tenent eam pervenient ad vitam“; quae quidem triplex est.

[3.1] Prima est vita gratiae, ad quam sacra Scriptura disponit, *Ioan.* VI [64]: „Verba quae ego locutus sum vobis, spiritus et vita sunt“. Per hanc enim vitam spiritus Deo vivit, *Gal.* II [20]: „Vivo autem, iam non ego: vivit vero in me Christus“. –

[3.2] Secunda est vita iustitiae in operibus consistens, ad quam sacra Scriptura dirigit, *Psal.* [CXVIII,93]: „In aeternum non obliviscar iustificationes tuas; quia in eis vivificasti me“. –

[3.3] Tertia est vita gloriae, quam sacra Scriptura promittit et ad eam perducit, *Ioan.* VI [69]: „Domine, ad quem ibimus? Verba vitae aeternae habes“. *Eodem*, XX [31]: „Haec autem scripta sunt ut credatis; et ut credentes vitam habeatis in nomine ipsius“.

Pars II: Partitio sacrae Scripturae

1203. – Ad hanc autem vitam sacra Scriptura perducit dupliciter: scilicet, [I.] praecipiendo et [II.] adiuvando.

[I.] Praecipiendo per mandata quae proponit, quod pertinet ad vetus testamentum, *Eccli.* XXIV [23]: „Legem mandavit nobis Moyses“.

[II.] Adiuvando autem per donum gratiae quod legislator largitur, quod pertinet ad novum testamentum. *Ioan.* I [17]: „Lex per Moysen data est, gratia et veritas per Iesum Christum facta est“.

[2.1] erstens wegen der Macht des Gesetzgebers: „Der Herr der Heerscharen hat es beschlossen, und wer kann es vereiteln?“ (*Jes* 14,27).

[2.2] Zweitens wegen seiner Unwandelbarkeit: „Ich bin Gott und wandle mich nicht“ (*Mal* 3,6). „Der Herr ist nicht wie der Mensch, der lügt, nicht wie ein Menschenkind, das wechselhaft ist“ (*Num* 23,19).

[2.3] Drittens wegen der Wahrheit des Gesetzes: „Alle deine Gebote sind Wahrheit“ (*Ps* 119 [118],86). „Der Mund der Wahrheit wird fest sein auf immer.“ (*Spr* 12,19). „Die Wahrheit bleibt und erstarkt in Ewigkeit“ (*3 Esr* 4,38).

1202. – [3] Der Nutzen dieser Schrift aber ist der größtmögliche: „Ich, der Herr, dein Gott, lehre dich, was von Nutzen ist“ (*Jes* 48,17). Daher heißt es im Folgenden: „Alle, die es annehmen, werden zum Leben gelangen“. Dieses Leben ist ja ein Dreifaches.

[3.1] Das erste ist das Leben der Gnade, auf das die Heilige Schrift vorbereitet: „Die Worte, die ich zu euch gesprochen habe, sind Geist und Leben.“ (*Joh* 6,64). Durch dieses Leben nämlich lebt der Geist in Gott: „Ich lebe, aber nicht mehr ist, sondern Christus lebt in mir“.

[3.2] Das zweite ist das Leben der Gerechtigkeit, das in Werken besteht und zu dem die Heilige Schrift lenkt: „In Ewigkeit will ich deine Rechtssprüche nicht vergessen, denn durch sie hast du mich belebt“ (*Ps* 119 [118],93).

[3.3] Das dritte ist das Leben der Herrlichkeit, das die Heilige Schrift verspricht und zu dem sie hinführt: „Herr, zu wem sollen wir gehen? Du hast Worte des ewigen Lebens“ (*Joh* 6,69). *Ebenda* 10,31: „Dies aber ist geschrieben, damit ihr glaubt, und damit ihr durch den Glauben das Leben habt in seinem Namen“.

Teil II: Gliederung der Heiligen Schrift

1203. – Zu diesem Leben aber führt die Heilige Schrift auf zweifache Weise: nämlich [I.] indem sie vorschreibt und [II.] indem sie hilft.

[I.] Sie schreibt vor durch die Gebote, die sie vorgelegt, und dies geschieht im Alten Testament: „Ein Gesetz gab uns Mose“ (*Sir* 24,23).

[II.] Sie hilft aber durch das Geschenk der Gnade, das der Gesetzgeber gewährt, und dies geschieht im Neuen Testament: „Das Gesetz wurde durch Mose gegeben, Gnade und Wahrheit sind durch Jesus Christus geschaffen worden.“ (*Joh* 1,17).

Unde tota sacra Scriptura in duas partes principaliter dividitur, scilicet, in vetus et novum testamentum; quae duo tanguntur *Matth.* XIII [52]: „Omnis Scriba doctus in regno caelorum similis est ei qui profert de thesauro suo nova et vetera“. Et *Cant.* VII [13]: „Omnia poma, nova et vetera, dilecte mi, servavi tibi“.

[I. Vetus Testamentum]

1204. – Vetus autem testamentum dividitur secundum doctrinam mandatorum, est enim duplex mandatum, scilicet [1] coactorium et [2] monitorium.

[1] Coactorium est mandatum regis qui potest transgressores punire, *Prov.* XX [2]: „Sicut rugitus leonis, ita et terror regis“.

[2] Sed monitorium est praeceptum patris qui habet erudire, *Eccli.* VII [23]: „Filii tibi sunt? Erudi illos“.

[1] Praeceptum autem regis est duplex, scilicet

[1.1] unum, quo legem statuit;

[1.2] aliud quod ad observantiam statutae legis inducit, quod consuevit per suos praecones et nuntios promulgare.

Et sic distinguuntur tria praecepta, scilicet [1] regis, [2] praeconis et [3] patris. Et secundum haec tria vetus testamentum dividitur in tres partes, secundum Hieronymum in *prologo libri Regum*.²

[1] Prima pars continetur in lege, quae est quasi praeceptum ab ipso rege propositum, *Isai.* XXXIII [22]: „Dominus rex noster, Dominus legifer noster“.

[2] Secunda continetur in prophetis, qui fuerunt quasi nuntii et praecones Dei ex persona Dei populo loquentes et ad observantiam legis inducentes, *Aggaei* I [13]: „Dixit Aggaeus, de nuntiis Domini“.

[3] Tertia continetur in Agiographis, qui spiritu sancto inspirati locuti sunt non tamen ex parte Domini, sed quasi ex se ipsis. Unde Agiographi dicuntur quasi sacri scriptores, vel quasi sacra scribentes, ab agios quod est sacrum et graphia quod est Scriptura: et sic praecepta quae in eis continentur sunt quasi paterna. Ut patet *Prov.* VI [20]: „Fili mi, custodi praecepta patris tui“, et cetera.

² Vgl. Hieronymus, *Prologus libri Regum* (PL 28,598-600).

Daher teilt sich die gesamte Heilige Schrift grundsätzlich in zwei Teile, nämlich in das Alte und das Neue Testament. Diese beiden werden in *Mt* 13 [52] angesprochen: „Jeder Schriftgelehrte, der das Himmelreich kennt, gleicht jemandem, der aus seinem Schatz Altes und Neues hervorholt“. Und im *Hld* 7 [13] heißt es: „Jede Frucht, neu und alt, habe ich für dich aufgehoben, mein Geliebter“.

[I. Das Alte Testament]

1204. – Das Alte Testament aber gliedert sich gemäß der Lehre der Weisungen. Er gibt nämlich zweierlei Weisung: [1] eine zwingend verpflichtende und [2] eine ermahnde.

[1] Zwingend verpflichtend ist die Weisung des Königs, der die Macht hat, die Übertreter zu bestrafen: „Wie das Brüllen des Löwen, ist der Grimm des Königs“ (*Spr* 20,2).

[2] Ermahnend aber ist das Gebot des Vaters, dessen Aufgabe es ist, zu erziehen: „Hast du Söhne? Nimm sie in Zucht!“ (*Sir* 7,23).

[1] Das Gebot des Königs aber ist zweifach

[1.1] durch das eine erläßt er das Gesetz;

[1.2] durch das andere, das er durch Herolde und Boten ausrufen zu lassen pflegt, fordert er zur Beobachtung des erlassenen Gesetzes auf.

Und so unterscheiden sich drei Gebote, nämlich die [1] des Königs, [2] des Herolds und [3] des Vaters. Und demgemäß gliedert sich das Alte Testament in drei Teile, nach Hieronymus im *Prolog zum Buch der Könige*.

[1] Der erste Teil ist enthalten im Gesetz, das sozusagen das vom König selbst erlassene Gebot ist: „Der Herr ist unser König, der Herr ist unser Gesetzgeber“ (*Jes* 33,22).

[2] Der zweite Teil ist enthalten in den Propheten; sie waren gewissermaßen die Boten und Herolde Gottes, die im Namen Gottes zum Volk redeten und es zur Beobachtung des Gesetzes hinführten („Und es sprach Haggai, von den Boten des Herrn“, *Agg* 1,13).

[3] Der dritte Teil ist enthalten in den Hagiographen, die, obwohl sie vom Heiligen Geist inspiriert sind, doch nicht ausdrücklich im Namen des Herrn, sondern sozusagen im eigenen Namen sprechen. Daher heißen die „Hagiographen“, sozusagen „Heilige Schreiber“ oder „Heiliges Schreibende“, von „hagios“, das heißt „heilig, und „graphia“, das heißt „Schrift“. Und daher sind die Gebote, die in diesen Büchern enthalten sind, gewissermaßen väterliche Ermahnungen, wie aus *Spr* 6,20 hervorgeht: „Mein Sohn, beachte die Gebote deines Vaters“.

[4] Ponit tamen Hieronymus³ quartum librorum ordinem, scilicet, apocryphos: et dicuntur apocryphi ab apo, quod est valde et cryphon, quod est obscurum, quia de eorum sententiis vel auctoribus dubitatur. Ecclesia vero Catholica quosdam libros recepit in numero sanctarum Scripturarum, de quorum sententiis non dubitatur, sed de auctoribus.

Non quod nesciatur qui fuerint illorum librorum auctores, sed quia homines illi non fuerunt notae auctoritatis. Unde ex auctoritate auctorum robur non habent, sed magis ex Ecclesiae receptione. Quia tamen idem modus loquendi in eis et in Agiographis observatur, ideo simul cum eis computentur ad praesens.

1205. – [1] Prima autem pars, quae legem continet, in duas partes dividitur; secundum quod duplex est lex, scilicet, [1.1] publica et [1.2] privata.

[1.1] Privata lex est quae uni personae vel familiae imponitur observanda. Et talis lex in *Genesi* continetur, ut patet de primo praecepto homini dato, *Gen.* II [17]: „De ligno scientiae boni et mali ne comedas“; et Noe, *Gen.* IX [4]: „Carnem cum sanguine non comedetis“; et Abrahae: *Gen.* XVII [9]: „Custodies pactum meum et semen tuum post te in generationibus suis“.

[1.2] Lex autem publica est quae populo traditur. Lex enim divina populo Iudaeorum tradita est per mediatorem, quia non erat idoneus populus ut immediate a Deo susciperet, *Deut.* V [5], unde: „Ego sequester fui et medius inter vos et Dominum“. *Gal.* III [19]: „Lex ordinata est per Angelos in manu mediatoris“. Et ideo in legislatione duplex gradus attenditur.

[1.2.1] Unus quo lex a Domino ad mediatorem pervenit, et hoc pertinet ad tres libros, scilicet: *Exodum*, *Leviticum*, *Numeros*. Unde frequenter in illis libris legitur: „Locutus est Deus ad Moysen“.

[1.2.2] Secundus gradus est quo lex per mediatorem populo exponitur; et hoc pertinet ad *Deuteronomium*, ut patet ex hoc quod in eius principio dicitur: „Locutus est Moyses“, et cetera.

³ Vgl. *ibid.* (PL 28,601ff.).

[4] Hieronymus nimmt jedoch noch eine vierte Ordnung von Büchern an, nämlich die Apokryphen. Sie heißen „Apokryphen“ von „apo“, das heißt „sehr“, und „cryphon“, das heißt „verborgen“, denn zu ihren Aussagen oder Verfassern gibt es viele Zweifel. Die katholische Kirche aber hat einige Bücher in die Zahl der heiligen Schriften aufgenommen, zu deren Aussagen keinerlei Zweifel bestehen, wenn auch zu ihren Verfassern.

Nicht, daß unbekannt wäre, wer die Verfasser dieser Bücher waren, sondern weil diese Menschen nicht als Autoritäten galten. Daher besitzen sie ihre Kraft nicht durch die Autorität der Verfasser, sondern vielmehr durch die Aufnahme durch die Kirche. Weil jedoch dieselbe Redeweise in ihnen wie in den Hagiographen beachtet wird, daher werden sie hier zu diesen gerechnet.

1205. – [1] Der erste Teil des Alten Testaments, der das Gesetz enthält, gliedert sich in zwei Teile, gemäß der zweifachen Art des Gesetzes, das [1.1] öffentlich sein kann oder [1.2] privat.

[1.1] Privat ist das Gesetz, das nur einem einzigen Menschen oder einer einzigen Familie zur Beachtung auferlegt wird. Ein solches Gesetz ist enthalten im Buch *Genesis*. Dies wird deutlich durch das Gebot, das dem ersten Menschen gegeben wurde: „Vom Baum der Erkenntnis des Guten und des Bösen sollst du nicht essen“ (*Gen* 2,11). Und ähnlich [sprach Gott zu] Noah: „Blutiges Fleisch sollt ihr nicht essen“ (*Gen* 9,4); und zu Abraham: „Bewahre meinen Bund, und dein Same wird über dich hinaus währen durch die Geschlechter hin“ (*Gen* 17,9).

[1.2] Öffentlich aber ist das Gesetz, das dem Volke gegeben wird. Das göttliche Gesetz ist nämlich dem jüdischen Volke durch einen Mittler übergeben worden, denn dieses Volk war nicht in der Lage, es unmittelbar von Gott zu empfangen. Daher heißt es in *Dtn* 5,5: „Ich stand dazwischen und war Vermittler zwischen euch und dem Herrn“. „Der Gesetz wurde durch Engel erlassen in die Hand eines Mittlers“ (*Gal* 3,19). Und daher gibt es zwei Stufen der Gesetzgebung.

[1.2.1] Die erste Stufe ist die, daß das Gesetz von Gott her an den Mittler gelangt. Darauf sind die drei Bücher *Exodus*, *Leviticus* und *Numeri* bezogen. Daher liest man in ihnen häufig: „Es sprach Gott zu Moses“.

[1.2.2] Die zweite Stufe ist, daß das Gesetz durch den Mittler dem Volke verkündet wird. Darauf ist das Buch *Deuteronomium* bezogen. Das wird dadurch sichtbar, daß es dort zu Beginn heißt: „Es sprach Moses zum Volke Israel“.

[1.2.1] Tres autem libri praedicti distinguuntur secundum tria in quibus oportebat populum ordinari:

[1.2.1.1] primo in praeceptis quantum ad iudicii aequitatem, et hoc fit in *Exodo*;

[1.2.1.2] secundo in sacramentis quantum ad cultus exhibitionem, et hoc fit in *Levitico*;

[1.2.1.3] tertio in officiis, quantum ad rei publicae administrationem, et hoc fit in libro *Numerorum*.

1206. – [2] Secunda autem pars, quae est prophetarum, dividitur in duas partes, secundum quod nuntius duo debet facere. [2.1] Debet enim exponere regis beneficium ut inclinentur homines ad obediendum; [2.2] et debet proponere legis edictum.

[2.1] Triplex autem beneficium divinum prophetae populo exposuerunt:

[2.1.1] primo haereditatis consecutionem, et hoc in *Iosue*, de quo *Eccli.* XLVI [1]: „Fortis in bello Iosue“;

[2.1.2] secundo hostium destructionem, et hoc in libro *Iudicum*, de quorum destructione in *Psalm* [LXXXII,10]: „Fiat illis sicut Madian et Sisarae“;

[2.1.3] tertio populi exaltationem; quae quidem est duplex, scilicet:

[2.1.3.1] privata unius personae, et de hoc in *Ruth*;

[2.1.3.2] et publica quae est totius populi, usque ad regiam dignitatem, et de hoc in libro *regum*: quod beneficium Deus improperat eis *Ezech.* XVI [13]: „Decora facta es vehementer“. Hi enim libri, secundum Hieronymum in ordine prophetarum ponuntur.

[2.2] In aliis autem libris qui communiter prophetarum dicuntur, prophetae posuerunt divina edicta ad legis observationem. Et hoc dicitur,

[2.2.1] primo in communi; et hoc in prophetis maioribus qui ad totum populum mittebantur et ad totius legis observantiam inducebant;

[2.2.2] secundo in particulari; et hoc in prophetis minoribus, quorum diversi, propter diversa ad speciales gentes mittebantur, sicut *Osee* ad decem tribus; *Joel* ad senes Israel; *Jonas* ad Ninivitas; et sic de aliis.

[1.2.1] Die drei zuerst genannten Bücher aber unterscheiden sich voneinander gemäß den drei Dingen, in denen das Volk unterwiesen werden mußte:

[1.2.1.1] erstens in den Geboten, die sich auf die Gerechtigkeit des Gerichtes beziehen; das geschieht im Buch *Exodus*;

[1.2.1.2] zweitens in den Sakramenten, die sich auf die Ausführung des Gottesdienstes beziehen; das geschieht im Buche *Levitikus*;

[1.2.1.3] drittens in den Ämtern, die sich auf die Verwaltung des Gemeinwesens beziehen; und das geschieht im Buche *Numeri*.

1206. – [2] Der zweite Teil des Alten Testaments, der die Propheten enthält, gliedert sich in zwei Abschnitte, nach den beiden Pflichten, die ein Bote hat. [2.1] Der Bote muß nämlich zuerst die Wohltat des Königs darlegen, um so die Menschen zum Gehorsam geneigt zu machen; [2.2] sodann muß er den Erlaß des Gesetzes kundtun.

[2.1] Eine dreifache Wohltat Gottes aber haben die Propheten dem Volke verkündet:

[2.1.1] erstens die Erlangung des Erbes, im Buche *Josua*, von dem es in *Sir* 46,1 heißt: „Stark im Kampf war Josua“;

[2.1.2] zweitens die Vernichtung der Feinde, im Buche der *Richter*; von deren Vernichtung heißt es im *Psalm* (83 [82],10): „Es geschehe mit ihnen wie mit Midian und Sisera“;

[2.1.3] drittens die Erhöhung des Volkes, welche wiederum zweifach ist:

[2.1.3.1] nämlich die persönliche Erhöhung eines einzelnen Menschen, wie sie im Buche *Ruth* beschrieben ist,

[2.1.3.2] und die öffentliche Erhöhung des ganzen Volkes bis hinauf zur Würde des Königtums, und davon handelt das Buch *der Könige*. Diese Wohltat wirft Gott ihnen vor in *Ez* 16,13: „Strahlend schön wurdest du“. – Diese Bücher nämlich werden, nach Hieronymus, unter die prophetischen Bücher gezählt.

[2.2] In den anderen Büchern aber, die man gemeinhin die prophetischen nennt, haben die Propheten die göttlichen Anweisungen zur Beobachtung des Gesetzes vorgelegt. Das gilt

[2.2.1] erstens im allgemeinen: für die großen Propheten, die zum ganzen Volk gesandt wurden, und es zur Wahrung des ganzen Gesetzes anhielten.

[2.2.2] Es gilt zweitens im besonderen: für die kleinen Propheten, von denen je verschiedene um eines besonderen und unterschiedenen Auftrages willen zu besonderen Gruppen des Volkes gesandt wurden, so *Hosea* zu den zehn Stämmen, *Joel* zu den Greisen in Israel, *Jona* zu den Bürgern von Ninive; und ähnlich ist es mit den anderen auch.

[2.2.1] Prophetae autem maiores dividuntur secundum ea quibus ad observantiam legis prophetae populum induxerunt: scilicet blandiendo per promissiones beneficiorum; terrendo per comminationem paenarum; arguendo per vituperationes peccatorum.

[2.2.1.1] Quamvis haec tria in singulis prophetarum inveniuntur, tamen *Isaias* principaliter blanditur; de quo dicitur *Eccli.* XLVIII [24]: „Consolatus est lugentes in Sion“;

[2.2.1.2] *Ieremias* vero comminatur, unde dicebat: „De industria dissolvit manus virorum bellantium“ *Ier.* XXXVIII [4];

[2.2.1.3] sed *Ezechiel* arguit et vituperat, *Ezech.* XVI [3]: „Pater tuus Amorrhaeus et mater tua Cethaea“.

Potest tamen aliter distingui, ut dicatur

[2.2.1.1] quod *Isaias* praenunciat principaliter incarnationis mysterium, unde tempore adventus in Ecclesia legitur;

[2.2.1.2] *Ieremias* vero mysterium passionis, unde legitur tempore passionis;

[2.2.1.3] *Ezechiel* mysterium resurrectionis, unde in resurrectione ossium et templi reparatione librum suum finit;

[2.2.1.4] *Daniel* autem secundum quod inter prophetas computatur ex hoc quod spiritu prophético praedixit futura, quamvis non ex persona Domini populo loqueretur, prosequitur de divinitate Christi, ut quatuor prophetae quatuor Evangelistis respondeant, vel etiam de advocacione ad iudicium.

1207. – [3] Tertia autem pars, quae continet Agiographos et apocryphos libros, in duo distinguitur, secundum duo quibus patres instruunt filios ad virtutem, scilicet verbo et facto; quia exempla in moralibus non minus valent quam verba. [3.1] Quaedam autem instruunt facto tantum; [3.2] quaedam verbo tantum; [3.3] quaedam verbo et facto.

[3.1] Facto autem dupliciter.

[2.2.1] Die großen Propheten aber unterscheiden sich voneinander nach der Weise, in der sie das Volk zur Bewahrung des Gesetzes hinführten: ob durch gütigen Zuspruch und Versprechung von Wohltaten oder durch Schreckung und Androhung von Strafen oder durch Mahnung und Tadel der Sünden.

[2.2.1.1] Nun finden sich zwar alle drei Weisen bei jedem einzelnen der Propheten. Aber doch kann man sagen, daß *Jesaja* vornehmlich auf die Weise des gütigen Zuspruchs und der Versprechung wirkt. Von ihm heißt es in *Sir* 48,24: „Er tröstete die Trauernden in Zion“.

[2.2.1.2] *Jeremia* dagegen droht. Daher heißt es von ihm: „Mit Eifer lähmt er die Hände der Krieger“ (*Jer* 38,4).

[2.2.1.3] *Ezechiel* aber mahnt und tadelte: „Dein Vater war ein Amoriter, und deine Mutter eine Hetiterin“ (*Ez* 16,3).

Man kann auch noch eine andere Unterscheidung treffen und sagen:

[2.2.1.1] *Jesaja* kündigt vornehmlich das Geheimnis der Menschwerdung, darum wird er zur Adventszeit in der Kirche gelesen;

[2.2.1.2] *Jeremia* dagegen kündigt das Geheimnis der Passion, weshalb er zur Fastenzeit gelesen wird;

[2.2.1.3] *Ezechiel* kündigt das Geheimnis der Auferstehung, darum beschließt er sein Buch mit der Auferweckung der Gebeine und der Wiederaufrichtung des Tempels;

[2.2.1.4] *Daniel* aber, sofern er unter die Propheten gezählt wird, weil er im prophetischem Geist Zukünftiges geweissagt hat, obwohl nicht im Namen des Herrn zum Volke sprach, handelt von der Gottheit Christi (damit würden die vier Propheten den vier Evangelisten entsprechen) oder auch von der Berufung zum Gericht.

1207. – [3] Der dritte Teil des Alten Testaments, der die Hagiographen und apokryphen Bücher enthält, gliedert sich in zwei Abschnitte nach den beiden Weisen, wie die Väter ihre Söhne in der Tugend unterweisen: durch Wort und durch Tat; denn Beispiele gelten im Bereich des Sittlich-Guten nicht weniger als Worte. [3.1] Einige dieser Schriften belehren aber nur durch die Tat, [3.2] einige nur durch das Wort, [3.3] einige durch Wort und Tat zugleich.

[3.1] Die Schriften, die durch die Tat unterweisen, tun dies auf zweifache Weise:

[3.1.1] Uno modo instruendo de futuro ad cautelam; et hoc est in *Iosue*, quem Hieronymus inter Agiographos ponit. Quamvis enim propheta ex dono prophetiae esset, non tamen ex officio; quia non fuit a Domino missus ad prophetandum populo. Unde quod *Sap.* VIII [8] dicitur, de eo intelligi potest: „Signa et monstra scit antequam fiant“.

[3.1.2] Alio modo narrando ad exemplum virtutis praeterita. Virtutes autem principales sunt quattuor, scilicet:

[3.1.2.1] iustitia, qua est bonum commune, cuius exemplum ponitur in *Paralipomenis*, in quo totius populi status describitur qui per iustitiam gubernatur.

[3.1.2.2] Secunda est temperantia, cuius exemplum ponitur in *Iudith*; unde Hieronymus: „Accipite *Iudith* viduam castitatis exemplum“.⁴ *Iudith* XV [10]: „Fecisti viriliter eo quod castitatem amaveris“.

[3.1.2.3] Tertia est fortitudo, cui duo competunt, scilicet,

[3.1.2.3.1] aggredi; et quantum ad hoc ponitur exemplum in *libro Machabaeorum*;

[3.1.2.3.2] et sustinere et quantum ad hoc ponitur exemplum in *Thobia*, *Thob.* II [12]: „Hanc autem tentationem ideo permisit Dominus evenire illi, ut posterius daretur exemplum patientiae eius“.

[3.1.2.4] Quarta est prudentia,

[3.1.2.4.1] cuius est obviare insidiis; et quantum ad hoc ponitur exemplum eius in *Esdra*. In illo enim libro ostenditur quomodo *Esdras* et *Neemias* et alii principes prudenter caverunt insidias inimicorum volentium impedire aedificationem templi et civitatis.

[3.1.2.4.2] Est etiam prudentiae sagaciter repellere violentias; et quantum ad hoc datur eius exemplum in *libro Hester*: ubi ostenditur quomodo *Mardocheus* et *Hester Aman* potentissimi fraudes eliserunt.

[3.2] Libri autem Agiographi et apocryphi, qui tantum instruunt verbo, distinguuntur secundum quod verbum dupliciter ad instructionem operatur:

[3.1.1] zum einen, indem sie aus der Erkenntnis der Zukunft Vorsicht lehren. Das gilt für das Buch *Josua*, das Hieronymus zu den Hagiographen zählt. Denn Josua war zwar ein Prophet kraft der Gnade der Weissagung war, nicht aber kraft seines Amtes und Auftrags. Denn er ist nicht vom Herrn gesandt worden, um dem Volk ein Kündler zu sein. Was in *Weish* 8,8 gesagt wird, kann daher auf ihn bezogen werden: „Zeichen und Wunder weiß er im voraus.“

[3.1.2] Zum anderen, indem sie von den vergangenen Geschehnissen erzählen um des Vorbilds der Tugend willen. Der vornehmsten Tugenden aber sind vier:

[3.1.2.1] Die erste ist die Gerechtigkeit, auf welcher das Gemeinwohl beruht. Ein Beispiel der Gerechtigkeit wird in den *Büchern der Chronik* vorgestellt, in denen die Verfassung des Volkes beschrieben wird, das von der Gerechtigkeit regiert wird.

[3.1.2.2] Die zweite Tugend ist die Maßhaltung. Von ihr wird ein Beispiel im Buch *Judit* vorgestellt. Daher sagt Hieronymus: „Schaut auf *Judith*, die Witwe, ein Vorbild der Keuschheit.“ *Jdt* 15,10: „Du hast mannhaft gehandelt, weil du die Keuschheit liebst.“

[3.1.2.3] Die dritte Tugend ist die Tapferkeit. Zur Tapferkeit aber gehört zweierlei: angreifen und standhalten.

[3.1.2.3.1] Ein Beispiel des Angreifens wird beschrieben im *Buch der Makkabäer*;

[3.1.2.3.2] ein Beispiel des Standhaltens im Buch *Tobit*: „Diese Versuchung aber ließ der Herr ihm deswegen zustoßen, damit er später ein Beispiel seiner Geduld gäbe.“ (*Tob* 2,12).

[3.1.2.4] Die vierte Tugend ist die Klugheit.

[3.1.2.4.1] Ihre Aufgabe ist es, der List der Verfolger zu begegnen. Davon gibt das Buch *Esra* ein Beispiel. Dort wird gezeigt, wie *Esra* und *Nehemia* und andere Führer des Volkes mit Klugheit auf der Hut waren vor den Nachstellungen der Feinde, welche die Erbauung von Tempel und Stadt verhindern wollten.

[3.1.2.4.2] Desgleichen ist es Aufgabe der Klugheit, scharfsinnig Tücke und Gewalttätigkeit unschädlich zu machen. Dafür enthält das Buch *Esther* ein Beispiel. Dort wird gezeigt, wie *Mordochai* und *Esther* die Betrügereien des mächtigen *Haman* niedergeschlagen haben.

[3.2] Diejenigen Hagiographen und Apokryphen aber, die nur durch das Wort belehren, gliedern sich nach der zweifachen Weise des Wortes, zu lehren.

⁴ Hieronymus, *Praefatio in librum Iudith* (PL 29,41).

[3.2.1] uno modo petendo sapientiae donum, *Sap.* VII [7]: „Optavi et datus est mihi sensus, invocavi et venit in me spiritus sapientiae“. Et ad instructionem operatur *Psalterium*, per modum orationis Deo loquens.

[3.2.2] Secundo modo sapientiam docendo, et hoc dupliciter, secundum duplex opus sapientis;

[3.2.2.1] quorum unum est mentientem manifestare posse: et quantum ad hoc est liber *Iob*, qui per modum disputationis errores elidit, *Iob* XIII [3-4]: „Disputare cum Deo cupio prius vos ostendens fabricatores mendacii et cultores perversorum dogmatum“.

[3.2.2.2] Aliud opus eius est non mentiri de quibus novit; et sic dupliciter instruimur: quia

[3.2.2.2.1] vel commendatur nobis sapientia, et hoc in *libro sapientiae*;

[3.2.2.2.2] vel sapientiae praecepta proponuntur, et hoc in tribus libris Salomonis: qui quidem distinguuntur secundum tres gradus virtutum quos Plotinus⁵ distinguit; quia praecepta sapientiae non nisi de actibus virtutum esse debent.

[3.2.2.2.2.1] In primo gradu, secundum eum, sunt virtutes politicae, quibus homo moderate rebus mundi utitur et inter homines conversatur; et secundum hoc est *liber proverbiorum*.

[3.2.2.2.2.2] In secundo gradu sunt virtutes purgatoriae, quibus homo se a rebus mundi exuit per contemptum; et secundum hoc est *Ecclesiastes* qui ad contemptum mundi ordinatur, ut patet per Hieronymum in *Prologo*⁶.

[3.2.2.2.2.3] In tertio gradu sunt virtutes purgati animi, quibus homo, saeculi curis penitus calcatis, in sola sapientiae contemplatione delectatur; et quantum ad hoc sunt *cantica*.

[3.2.2.2.2.4] In quarto autem gradu sunt virtutes exemplares in Deo existentes, de quibus praecepta sapientiae non dantur, sed magis derivantur ab eis.

[3.3] Verbo autem simul et facto instruit *Ecclesiasticus*. Unde praecepta sapientiae qui proposuit, in laude patrum librum suum terminavit, ut patet a XLIV capitulo et deinceps.

⁵ Vgl. Plotin, *Enneaden* I, 1. II, c. 2-7.

⁶ Vgl. Hieronymus, *Praef.* (PL 23,1061).

[3.2.1] Die eine Weise ist das Bitten um das Geschenk der Weisheit: „Ich betete, und mir wurde Einsicht gegeben, ich rief, und der Geist der Weisheit kam zu mir“ (*Weish* 7,7). Und darin unterweist das Buch der *Psalmen*, das im Gebet mit Gott redet.

[3.2.2] Die andere Weise ist das Lehren der Weisheit selbst, und auch das wiederum auf doppelte Art nach dem zweifachen Werk des Weisen.

[3.2.2.1] Das erste ist das Vermögen, Lügner zu entlarven. Darauf ist das Buch *Ijob* bezogen, in dem im Streitgespräch die Irrtümer zunichte werden: „Ich begehre, mit Gott zu streiten, zuerst zu zeigen, daß ihr Erzeuger von Lügen und Verehrer verkehrter Anschauungen seid“ (*Ij* 13,3-4).

[3.2.2.2] Das andere Werk des Weisen ist es, sein Wissen ohne Täuschung kundzutun. Auf diese Weise wird uns eine zweifache Belehrung zuteil:

[3.2.2.2.1] entweder die Weisheit selbst wird uns anempfohlen, so im Buch der *Weisheit*;

[3.2.2.2.2] oder es werden uns die Gebote der Weisheit verkündet, so in den drei Büchern Salomos. Diese Bücher unterscheiden sich voneinander je nach den Stufengraden der Tugenden, wie Plotin sie angibt. Denn die Gebote der Weisheit können sich ja nur auf die Werke der Tugend richten.

[3.2.2.2.2.1] Auf der ersten Stufe der Tugend finden sich, ihm zufolge, die politischen Tugenden; ihnen entspricht der geordnete Gebrauch der Güter dieser Welt und der ordentliche Umgang der Menschen miteinander. Auf diese Stufe ist das Buch der *Sprüche* bezogen.

[3.2.2.2.2.2] Auf der zweiten Stufe sind die Tugenden der Reinigung, kraft deren der Mensch sich von den Dingen der Welt zurückzieht und sie gering achtet; und hierher gehört das Buch des *Predigers* (*Kohelet*), das von der Geringachtung der Welt handelt, wie aus dem *Prolog* des Hieronymus hervorgeht.

[3.2.2.2.2.3] Auf der dritten Stufe sind die Tugenden des geläuterten Geistes, kraft welcher der Mensch, fast ganz entschlackt von den Sorgen dieser Weltzeit, einzig in der Betrachtung der Weisheit Freude findet; darauf ist das *Hohelied* bezogen.

[3.2.2.2.2.4] Auf der vierten Stufe aber sind die urbildlichen Tugenden, wie sie in Gott Wirklichkeit sind; für sie aber gibt es keine Gebote der Weisheit, vielmehr leiten sich alle Gebote der Weisheit von ihnen her.

[3.3] Durch Wort und Tat zugleich aber belehrt das Buch *Jesus Sirach*. Daher schließt es, nachdem es die Gebote der Weisheit verkündigt hat, – vom 44. Kapitel an – mit dem „Preis der Väter“.

[II. Novum Testamentum]

1208. – Novum autem testamentum, quod ad vitam aeternam ordinat, non solum per praecepta, sed per gratiae dona, dividitur in tres partes.

[1] In prima agitur de gratiae origine: et hoc in Evangeliiis.

[2] In secunda de gratiae virtute: et hoc in epistolis Pauli; unde in principio a virtute Evangelii incipit dicens: „Virtus Dei est in salutem omni credenti“. *Rom.* I [16].

[3] In tertia agitur de virtutis praedictae executione: et hoc in reliquis libris novi testamenti.

[1] Origo autem gratiae Christus est, *Ioan.* I [16-17]: „De plenitudine eius omnes accepimus, gratiam pro gratia, quia lex per Moysen data est, gratia et veritas per Iesum Christum facta est“. In Christo autem est considerare duplicem naturam, scilicet: [1.1] divinam: et de hoc est principaliter Evangelium *Ioannis*, unde incipit: „In principio erat verbum et verbum erat apud Deum, et Deus erat verbum“;

[1.2] et humanam: et de hac principaliter tractant alii Evangelistae, qui distinguuntur secundum tres dignitates, quae Christo homini competunt.

[1.2.1] De ipso enim quantum ad dignitatem regiam determinat *Matthaeus*; unde in principio sui Evangelii eum secundum carnem a regibus descendisse ostendit et a magis regibus adoratum.

[1.2.2] Sed quantum ad dignitatem propheticam determinat de eo *Marcus*; unde a praedicatione eius Evangelium incipit.

[1.2.3] Quantum vero ad sacerdotalem dignitatem determinat de eo *Lucas*; unde a templo incipit et a sacerdotio, et in templo finit Evangelium, et frequenter circa templum versatur, ut dicit quaedam *Glossa Luc.* II [46] super illud: „Invenerunt eum in templo sedentem in medio doctorum“.

Vel aliter, ut dicatur quod

[1.2.1] *Matthaeus* determinat de Christo principaliter quantum ad mysterium incarnationis; et ideo in figura hominis describitur;

[1.2.2] *Lucas* quantum ad mysterium passionis; et ideo describitur in figura bovis, quod est animal immolatum;

[II. Das Neue Testament]

1208. – Das Neue Testament, das nicht nur durch Gebote, sondern durch die Geschenke der Gnade zum Ewigen Leben hin­führt, gliedert sich in drei Teile.

[1] Der erste Teil handelt vom Ursprung der Gnade: in den Evangelien;

[2] der zweite von der Kraft der Gnade: in den Briefen des Apostels Paulus. Daher spricht er von Beginn an von der Kraft des Evangeliums: „Es ist die Kraft Gottes zum Heil für alle, die glauben“ (*Röm* 1,16).

[3] Der dritte Teil handelt von der Auswirkung dieser Kraft: in den übrigen Büchern des Neuen Testaments.

[1] Der Ursprung der Gnade aber ist Christus: „Von seiner Fülle haben wir alle empfangen, Gnade für Gnade. Moses hat das Gesetz gegeben, die Gnade und die Wahrheit aber ist durch Jesus Christus geschaffen worden“ (*Joh* 1,16f). – In Christus aber lassen sich zwei Naturen betrachten.

[1.1] Von der göttlichen handelt vornehmlich das *Johannes-Evangelium*. Daher beginnt es mit den Worten: „Im Anfang war das Wort, und das Wort war bei Gott, und Gott war das Wort.“ – [1.2] Von der menschlichen Natur Jesu Christi handeln vor allem die anderen Evangelien. Sie unterscheiden sich voneinander nach der dreifachen Würde, die dem Menschen Christus zukommt.

[1.2.1] Von seiner Königswürde kündigt *Matthäus*; darum zeigt er zu Beginn seines Evangeliums die königliche Abstammung des Herrn und berichtet von der Anbetung durch die königlichen Weisen.

[1.2.2] Seine prophetische Würde dagegen beschreibt *Markus*; daher beginnt sein Evangelium sogleich mit der Predigt des Herrn.

[1.2.3] Von seiner priesterlichen Würde jedoch handelt *Lukas*; daher beginnt er mit dem Tempel und dem Priestertum, im Tempel schließt auch das Evangelium, und oftmals ist vom Tempel die Rede, wie es in einer *Glosse* zur Stelle *Lk* 2,46 heißt: „Sie fanden ihn im Tempel, sitzend in der Mitte der Lehrer“.

Eine andere Gliederung der Evangelien ist diese:

[1.2.1] *Matthäus* handelt vor allem vom Geheimnis der Menschwerdung; darum auch ist sein Sinnbild die Gestalt eines Menschen.

[1.2.2] *Lukas* handelt vom Geheimnis des Leidens; darum ist sein Sinnbild der Stier, der ein Opfertier ist.

[1.2.3] *Marcus* vero quantum ad victoriam resurrectionis; et ideo describitur in figura leonis;

[1.1] *Iohannes* vero, qui ad alta divinitatis eius volat, per aquilam designatur.

[[2] Est enim haec doctrina tota de gratia Christi, quae quidem potest tripliciter considerari.

[2.1] Uno modo secundum quod est in ipso capite, scilicet Christo, et sic commendatur in *epistola ad Hebraeos*.

[2.2] Alio modo secundum quod est in membris principalibus corporis mystici, et sic commendatur in epistolis quae sunt ad praelatos.

[2.3] Tertio modo secundum quod in ipso corpore mystico, quod est Ecclesia, et sic commendatur in epistolis quae mittuntur ad gentiles, quarum haec est distinctio: nam ipsa gratia Christi tripliciter potest considerari.

[2.3.1] Uno modo secundum se, et sic commendatur in *epistola ad Romanos*;

[2.3.2] alio modo secundum quod est in sacramentis gratiae et sic commendatur in duabus epistolis *ad Corinthios*,

[2.3.2.1] in quarum *prima* agitur de ipsis sacramentis,

[2.3.2.2] in *secunda* de dignitate ministrorum, et

[2.3.2.3] in *epistola ad Galatas* in qua excluduntur superflua sacramenta contra illos qui volebant vetera sacramenta novis adiungere;

[2.3.3] tertio consideratur gratia Christi secundum effectum unitatis quem in Ecclesia fecit. – Agit ergo apostolus,

[2.3.3.1] primo quidem, de institutione ecclesiasticae unitatis in *epistola ad Ephesios*;

[2.3.3.2] secundo, de eius confirmatione et profectu in *epistola ad Philippenses*;

[2.3.3.3] tertio, de eius defensione,

[2.3.3.3.1] contra errores quidem, in *epistola ad Colossenses*,

[2.3.3.3.2] contra persecutiones vero praesentes, in *I ad Thessalonicenses*,

[2.3.3.3.3] contra futuras vero et praecipue tempore Antichristi, in *secunda*.

[2.2] Praelatos vero Ecclesiarum instruit et spirituales et temporales.

[1.2.3] *Markus* dagegen beschreibt den Sieg der Auferstehung; darum ist sein Zeichen der Löwe.

[1.1] *Johannes* aber, der sich zu den Höhen der Gottheit Christi aufschwingt, hat den Adler zum Sinnbild.

[[2] In den Briefen des hl. Paulus [aber] ist die ganze Lehre von der Gnade Christi dargestellt. Diese läßt sich auf dreifache Weise betrachten.

[2.1] Erstens in ihrem Haupt, nämlich in Christus selbst; auf diese Weise wird sie im *Hebräerbrief* kundgemacht.

[2.2] Zweitens in den vornehmsten Gliedern seines mystischen Leibes; auf diese Weise ist sie dargestellt in den Briefen an die Amtsträger in der Kirche.

[2.3] Drittens in dem mystischen Leibe, in der Kirche, selbst; auf diese Weise ist sie dargelegt in den Briefen, die an die Heidenchristen gesandt wurden. Diese Briefe an die Heidenchristen wiederum unterscheiden sich voneinander folgendermaßen. Denn die Gnade Christi selbst läßt sich dreifach betrachten.

[2.3.1] Zum einen an sich, und in dieser Weise spricht der *Römerbrief* darüber;

[2.3.2] zum anderen sofern sie sich in den Sakramenten der Gnade findet, und so sprechen die beiden *Briefe an die Korinther* darüber.

[2.3.2.1] Der *erste* handelt von den Sakramenten selbst;

[2.3.2.2] der *zweite* von der Würdigkeit der Spender.

[2.3.2.3] Im *Brief an die Galater* werden die überflüssigen Sakramente gegenüber jenen ausgeschlossen, welche die des Alten Bundes mit denen des Neuen verquicken wollen.

[2.3.3] Drittens wird die Gnade Christi im Hinblick auf die Einheit betrachtet, die sie in der Kirche bewirkt. – Der Apostel handelt folglich

[2.3.3.1] zunächst von der Begründung der kirchlichen Einheit: im *Brief an die Epheser*;

[2.3.3.2] zweitens von ihrer Befestigung und ihrem Wachstum, im *Brief an die Philipper*;

[2.3.3.3] drittens von ihrer Verteidigung

[2.3.3.3.1] gegen die Irrtümer: im *Kolossierbrief*;

[2.3.3.3.2] gegen geggenwärtige Verfolgungen aber: im *ersten Brief an die Thessalonicher*,

[2.3.3.3.3] die zukünftigen Verfolgungen, vor allem gegen die zur Zeit des Antichrist, im *zweiten Brief an die Thessalonicher*.

[2.2] Der Apostel unterweist aber außerdem die Vorsteher der Kirche, sowohl die geistlichen wie die weltlichen.

[2.2.1] Spirituales quidem
 [2.2.1.1] de institutione, instructione et gubernatione ecclesiae unitatis in prima *ad Timotheum*,
 [2.2.1.2] de firmitate contra persecutores in secunda,
 [2.2.1.3] tertio de defensione contra haereticos in epistola *ad Titum*.
 [2.2.2] Dominos vero temporales instruit in epistola *ad Philemonem*.
 Et sic patet ratio distinctionis et ordinis omnium epistolarum.]*

[3] Executio autem virtutis gratiae ostenditur in progressu Ecclesiae, in quo est tria considerare.

[3.1] Primo Ecclesiae initium; et de hoc agitur in *Actibus Apostolorum*; unde dicit Hieronymus: „Actus apostolorum nudam videntur sonare historiam et nascentis Ecclesiae infantiam texere“.⁷

[3.2] Secundo Ecclesiae profectum; et ad hunc ordinatur instructio apostolica in *epistolis canonicis*.

[3.3] Tertio Ecclesiae terminum; in quo totius sacrae Scripturae continentiam *Apocalypsis* concludit, quousque sponsa in thalamum Iesu Christi ad vitam gloriosam participandam; ad quam nos perducatur ipse Iesus Christus, benedictus in saecula saeculorum. Amen.

(Lateinischer Text: corpusthomaticum.org)

* Die Einteilung der Briefe des Apostels Paulus entstammt dem Vorwort zum *Römerbrief-Kommentar* des Thomas. Sie ist der Vollständigkeit halber an dieser Stelle sinngemäß hier eingefügt.

⁷ Hieronymus, *Praefatio in Pentateuchum* (PL 28,177).

[2.2.1] Die geistlichen
 [2.2.1.1] über die Begründung, Förderung und Lenkung der Einheit der Kirche im *ersten Brief an Timotheus*;
 [2.2.1.2] über die Festigkeit gegen die Verfolger im *zweiten Brief an Timotheus*;
 [2.2.1.3] über die Verteidigung gegen die Häretiker: im *Brief an Titus*.
 [2.2.2] Die weltlichen Herren aber unterweist er im *Brief an Philemon*.
 So ist der Unterscheidungsgrund und Ordnung aller Briefe offensichtlich.]

[3] Die Auswirkung der Kraft der Gnade aber zeigt sich im Wachstum der Kirche. Hier ist ein Dreifaches zu beachten.

[3.1] Erstens der Anfang der Kirche; davon handelt die *Apostelgeschichte*. Daher sagt Hieronymus: „Die Apostelgeschichte scheint die nackte Herkunft und die Geburt und Kindheit der Kirche zu erzählen.“

[3.2] Zweitens der Fortschritt der Kirche; auf ihn ist die apostolische Unterweisung in den *katholischen Briefen* bezogen.

[3.3] Drittens das Ende der Kirche; mit seiner Darstellung schließt die *Geheime Offenbarung* die ganze Heilige Schrift zusammenfassend ab: Die Braut gewinnt Teil an dem Brautgemach Jesu Christi in einem Leben in Herrlichkeit. Zu ihm möge uns führen derselbe Jesus Christus, der hochgelobt sei in Ewigkeit. Amen.

(Deutsche Übersetzung: Hanns-Gregor Nissing, unter Verwendung der Übersetzung von Josef Pieper)